

petrauit à creditore suo, vt reliquos 5 aureos post mensem restitueret. Quæritur integra summa huius æris alieni? Adde inuicem bessem cum quadrâte, id est, $\frac{2}{3}$ cum $\frac{1}{4}$, facit $\frac{11}{12}$ Ergo 5 aurei sunt duodecima pars totius summæ. Ideo sic collocabis, $\frac{1}{12}$ dat 5 aureos, quot aureos dant $\frac{11}{12}$ id est, vnitas facit 60 aureos.

ALIUD, DE DVOBVS cursoribus.

Ex duobus cursoribus, qui ex vno loco tendunt vterq; ad eundem locum alter qui prius ingreditur iter, conficit singulis diebus miliaria 5, cūque progressus est iam à primo loco miliaribus 25, id est, post quintum diem, alter in eadem digressus subsequitur priorem cursu velociori, conficit enim singulis diebus 7 miliaria: Quæritur quo die posterior consequatur priorē. Considera excessum diurnorum vtriusque itinerum, quo posterior in singulos

L 3 dies